Quelle:
Copyright:

Jnocentii IV. Apparatus in Decretales.

1. 1.5.

Cod. V.

Membran. Fol. maj. Sæc. 14.

Constat foliis 300. multis anotationibus adspersis, quorum multa non nihil lacera et mucida; Characteres elegantes. Continet 5 Libris adparatum Decretalium ab Jnocentio IV. conciñatum. Titulus seu Rubrica Libri Imi ob deletos characteres legi haud potest. initium est: "Legitur in Ezechiele. venter tuus comedet, "et viscera tua implebuntur volumine isto". Liber 2dus inscribitur: "de Judiciis." 3tius "de vita et honestate Clericorum." 4tus "de Sponsalibus et matrimoniis". 5tus "De Accusationibus, inquisitionibus, et denunciationibus". In calce: "Explicit Liber Vtus Apparatus Jnocentii III. Manus videtur esse Sæc. 14ti.

Sinibaldus Fliscus ab 1243. Sub nom. Jnocentij IV. Pontifex renunciatus. Genuensis ex Comitum Lavania familia, Bononiæ sub Azone jam Sene, Accursio et Jac. Baldwino Juri operam dedit, eo successu, ut Pater atque Organum veritatis appellari meruerit. Scripsit Comentarios in libros V Decretalium, Librum apologeticum De jurisdictione imperii et authoritate Pontificia ecl. Paulus Langius in Chron. Citizensi ad an. 1244. inter egregia Jnocentii Scripta distinguit Apparatum Decretalium profunde et eleganter ab ipso dictatum. Typis excusus est Francofurti, 1570. Lugduni 1577. Venetiis, 1610 Fol. Vid. Mich. a. S. Jos. T. 2. p. 873. Vitam Jnocentii IV. elucubravit Nicolaus de Curbio, quam vid. Miscellan. Steph. Baluzii Tom. I. p. 194.